







1710.

1. Walpurg, Christian Michaelis : De thornis N. S. A. -
Verzeuhtus. 2 Bunde. 1710 - 1726.
2. Bahr, Johann, Fac. med. procancelarius : peregrini
solennem hys mundi Schneideri indicit.
3. von Vondorff, Christoph : De termino preutorio solutionis
et protestationis cambiorum. 2 Bunde. 1710 - 1746
4. Henschel, Joh. David : De actio principis in manus
hostium a civitate neutrali licite facta.
5. von Jacobi, Dr. David : De foederibus veterana
per dissectionem animalium factis. 2 Bunde.
6. Krause, Michael Theopred : De purpura permatos
Anastasinon.
7. Menden, Gottfried Ludov. : De iustis reificendis
aedificium commune iuncto socio.
8. Menden, Graf. Ludov. : De rebus gera dicis.
9. Menden, Henr. Otto : De acquitate Legum Romanarum
maxim circa animalium vocae redtionem

1710.

10. Menckerus, Luederus: De retracta filiorum grati- 18
tatis in fidei.
11. Menckerus, Luederus: Turis controversi heretico pro 19
licis Necas III.
12. Menckerus, Luederus: Turis controversi heretico 20
practici Decos VIII.
13. Olearius, In. Ritor: De testatoris incepta volun- 21
tate invalida occasione l. 113 § 5 ff de leg. I.
14. Preussens, Pentus: De Trajano Imperatore
presbitero Gregorii M. ex inferno liberato.
15. Schoettgenius, Christophorus: De liberis et libertis apud
16. Schresterus, Christophorus: De feloniam per indirectum
in crimine Caesaremajestatis commissa.
- 17^a Schresterus, Christophorus: De compensatione censu
mariti portentoris cum proxi. 2 suppl.

1710

18. Schroeterus, Christoph: De origine juris canonici

19. Titius, Godefridus Gerhard: Libertas juris dicitur oratione
et programme inaugurali delineata.

20. Titius, Godefridus Gerh: De veritate facienti

21. Tropanmeyer, Dr. Frid: De retentione actorum

advocato ob salarium non solutum competentem.

2 Suppl. 1710 + 1740



1710, 2 16
3
/

LECTORI BENEVOLO
PANEGYRIN FACULTATIS
M E D I C Æ

IN
ACADEMIA LIPSIENSI

INDICAT

Hujus p. t.

PROCANCEL-
LARIUS

D. IOHANNES BOHN,
PROF. PUBL.

INQVE

PRÆSENTI PROGRAMM. INAUGURALI DISQVIRIT:

An Medici sub Conscientiæ & Existimati-
onis suæ integritate a Pharmacorum Confectione
& exhibitione abstinere queant?

i. e.

Ob die Medici ohne Verletzung ihres Gewissens und
Ehre sich der Präparation und Dispensation der Medicamento-
rum enthalten/ oder selbe unterlassen können?

RECTORI ACADEMIAE
MAGISTRO FACULTATIS
MEDICAE
ACADEMIAE PRAGENSIS
PROVINCIAE BOHEMIAE
D. JOHANNES BOHM
PROVINCIAE BOHEMIAE

DE REBUS MEDICIS
A Medicis et Philosophis
et Philosophis et Philosophis
et Philosophis et Philosophis
et Philosophis et Philosophis
et Philosophis et Philosophis
et Philosophis et Philosophis
et Philosophis et Philosophis

...
...
...
...





I. N. J.



Vondam in Jus rapiabant

Medicos Pharmacopola Stationarii nostrates pariter, ac aliarum Civitatum, de non parandis vendendisqve Medicamentis, illos Actionibus hinc inde impetentes, se ut in Possessorio tueretur Judex, & ad litem contestandam eosdem urgentes. Quo ardore & quibus technis hoc factum, quibusq; Rationibus Medici illis obviam tunc iverint, non disquiram, loquuntur de jurgiis his Acta publica in inferioribus ac superioribus Foris congesta atqve asservata. Multo minus volupe de praesente mihi erit, illorum pratextus cribrare, ac jura Medicorum per Petitorum legale contra hos vindicare: postquam in primis horum aequae ac illorum argumenta pleraqve olim agitata, levioris armaturae ac ponderis deprehendi. Haestenus & per dimidium Seculi, quo Praxi Medicæ operam navavi, nullum Prohibendi Jus contra Medicos, Pharmaca dispensantes, habere Myropolas, certo certius mihi persuasi, etsi nulla eorum unquam erogarim, per rationes mihi reservatas: nunc autem mihi agere praesumo contra ipsosmet Medicos, non cum

cum his acriter contendendo, sed ab iis placide atque amice postulando, *An sub Conscientia & Existimationis sua integritate a Pharmacorum confessione & exhibitione abstinere queam?* i. e. an officio Medici genuini fungatur, qui agros suos ad Sepulchrum dimittit, & a tertio parata, sub Formulæ (ut ajunt) præscriptione, commendat? seu, numne, qui ita agit, temerarie & futiliter agat?

Paradoxum hoc videbitur Medicis, qui minus doctorum ac iniquum putant, quævis sine discrimine conficere & vendere Medicamenta, modo sibi per Pharmacopolarum gratiam sua Exporista seu Arcana, sub pacto forsan inominato, dispensare indulgeatur: utpote quæ ratione non Medicorum in genere, ne Stationariis ægre nimis faciant, sed suam tantum, quorum Pharmaca vulgi opinio Arcanis seu Mysteriis, per modum quasi Canonisationis, adscriptis, seu tabulis Æsculapii inscripsit, causam gerunt. Paradoxum tamen magis erit, ne dicam, absurdum, Pharmacopœis ac cunctis iis, qui Medicum frivole, contra Conscientiæ dictamen, ac Leges divinas atque humanas agere putant, Pharmacopolarum & Pharmacopolorum, scorsim juxta Medicos in Republica constitutorum, jura & privilegia turbantem, hinc Proximo, lucri causa, vim inferre & victum præripere contendentem, talemque aquilinas alere ungulas, in aliorum facultates rapaces &c. &c. Hocque jus Myropolarum ut enixius vindicent, *Constitutionem Friderici II. Imperatoris*, iis Causidicam fingunt, per quam Medicus propriam Stationem seu Myropolium alere prohibeatur, i. e. per Indulgentias a Magistratu Sepulchris concessas solis his Medicamentorum Confectio & venditio concedatur, Medicis denegetur. Quorum equidem hominum præjudicia discutere, in præsentiarum haud intendo, postquam *de Offic. Medic. L. l. c. 21*, idem fuscè satis a me factum memini, meique non sit, Possessorium Pharmacopœorum laceffere, sed Famæ potius ac Religioni tantum Medentium consulere volui, hes officii sui & ad recte agendum admonendo, Qua-
le

se quid me fide illa, quam meis, quæve medelæ meæ se con-
credunt, acturum, nemo Virorum honestorum, ambi-
get, nisi quem latet, me olim sub controversia hac, impar-
tes Myropolarum potius inclinasse, ac jura Medicorum in
dispensandis & porrigendis pharmacis nunquam mea fecisse;
i. e. Praxin Medicam exercendo illis nihil derogatum volu-
isse, inprimis vero ægrotantium salutem litasse, ac nunc quo-
que litare. Si Antiquitatis & primordiorum Artis rationem ha-
beamus, sane abunde convincimur, Hippocratem nullos Se-
plasiarios sibi habuisse amanuenses, qui ipsemet Medicami-
na, quæ ægritudinibus sibi obviis, congrua norat, Clinicis
porrigebat: ethnicum quidem, sed pietatis ac fidei sum-
mopere amantem, cujus Sectatores nosmet profitemur seu
jactamus. Ejusdem pariter Successores, quos primos Artis
inventores atque antistites juxta eundem Commemorem veneramus,
ipso suæ remedia conquisivisse ac concinnasse, h. e. opera phar-
maceutica in ægrotantium gratiam præstitisse ex *Dianctis*, *Scribonii Lægi*,
Galen, *Mesues*, *Serapionis*, *Celsi*, aliorumque su-
perioris ætatis Medicorum monumentis elucescit, nec ulli-
bi penes quendam horum de Pharmacopolarum Pharmaco-
poliorumve instituto aliquid legimus: minus decorum ac sa-
lubre censentium, tantum opus, a quo salus & integritas
humana dependet, aliorum fidei ac peritiæ concedere, a-
lienis per consequens sensibus & manibus temere subscribere.
Per eandem E. rationem cum nobis quoque hodiernum
medentibus incumbat, i. e. religio, quam Christiani Deo
ac ægris debemus, postulet, ut omni studio & pru-
dentia horum medelam trademus, nihilque eorum,
quæ medicandi ratio exigit, negligamus: frivole, oscitan-
ter ac nefarie seu contra fidem operari videtur, qui Vale-
tudinis conservationem ac restitutionem, sibi suæque fidei
ab ægro sancte nuncupatam, Pharmacopœo hujusque periti-
æ, dexteritati ac ingenuitati concedit: quin potius levioris
fidei habendus sit, qui sibi persuadere satagit, se Conscien-
tiæ legibus & officio Medici integri satisfecisse, si medica-

mina in schedam conscripta ac præscripta ex manu illotâ
ministri Stationarii peti iusserit. Contractus speciem ge-
rit inter duos , ægrum nempe ac medicum , formati , dum
ille hujus opem sancte implorat , hicque postulato ejus an-
nuit , & hanc sanctissime pollicetur : pollicetur tamen,
quod non est in sua potestate , quodque ab alio demum ,
Myropolâ scilicet , cum quo Clinicus non contraxerat , petere
jubetur. Nonne hoc est fidem datam perperam a tertio
expectare , promissi adimpletionem Pharmacopœo commit-
tere , arduum Valetudinis negotium levisime tractare , atque
pravæ Conscientiæ reatum per pravam observantiam sibi
frivole conciliare ? dum nunquam non dubius hæret , aut
non hæere nequit Medicus minoris etiam sagacitatis , num-
ne per ruditatem , socordiam aut quamvis mentis levitatem
errare valeat ille suus amanuensis , cui suam fidem & ægri
valetudinem concredit. Nolle ulli , nec Myropolis , æ-
gre facere , horum peritiam ac religionem sublestam redde-
re , nisi pluribus experimentis in vulgus quoque innotesce-
ret , quam perperam ac supine res pharmaceuticæ non ra-
ro gerantur , ita quidem , ut si ab his non evidens mox da-
mnum ægro eveniat , certe negligatur occasio capillata , in
morborum medela omni studio observanda , mox calva &
evanescens : quamvis nec desint funera eorum , quos fatum ,
errores Myropolarum enormiores luere , destinarat. Utrum
horum contingat , Medici nihilominus medicamentum secun-
dum artem etsi præscribentis , læditur conscientia , dum
Pharmacopola idem forsân non secundum artem præparat , &
quamdiu ille habet , quod metuat , ne rite præparetur. H. e.
scientes volentesque illius erroribus dum connivemus , seu
nostram fidem , res nostras , nostrorumque sanitatem ac vi-
ram tertii fidei (dubiæ) dum committimus , annon inju-
rii evadimus in Deum , Artem , Proximumque , ac nostram
Fidem negligentius curamus ? Ex eadem occasione Fama
nonnunquam Medici periclitari deprehenditur , quatenus in
hunc culpa redundat non tantum , si res male cesserit & in
pejus

pejus labatur a sumpto medicamento æger, sed si modo medelam cum illo susceptam non desideratus consequatur effectus. Mox omnem hujus perdit confidentiam ille, vixque declinabit ejus & adstantium indignationem ac censuram probrosam, & loco gratiarum ac Sostri judicia maligna experietur: quinimo hæc in publicum divulgata Existimatio- ni ejus non parum derogant, dum modo imperitus, modo negligens, modo minus fortunatus, sub ejusmodi occasione proclamatur; si in primis superveniat Medicus alius, qui cavillandi & supplantandi ingenio ac dexteritate pollet, aut Pharmacopœus de Medicamento interrogatus errorem quibus- cunque technis diffiteatur, seu propriam turpitudinem alle- gare detrectet. Qvalia tamen ne gratis edisserere aut fin- gere videar, sub pietatis & honestatis contestatione provo- care jubeor ad Exempla hujus generis, quibus expertum æ- que ac ab aliis informatum, per Conscientiam veri ac recti, me ita sentire, constet. Nonnullæ præterierunt Septimanæ, cum jussu Ministri cujusdam Aulici Primicerii ex Pharmaco- polio nostratum *Mixturam simplicem*, alias *de Tribus* dictam, peterem; ast cum, nescio, qua diffidentia, Liqueorem hunc degustarem, præter acorem corrosivum seu igneum Stag- matis Vitrioli, & tantillum Spiritus Theriacalis camphorati, nihil Spiritus Tartari, qui tertium ejus ingrediens, quod a- corem Atramenti aliquatenus temperat, mihi observare li- cebat. Admonitas hujus negligentia Myropola non corri- gebat, forsân nec corrigere norat, hoc Medicamentum, tantum ejus genuinam præparationem vindicabat; in quo ineptitudo & pravitas hæc sita, declarare mei nunc haud est, ambigo saltem, an sine metu frivola compositionis Medica- mentum hoc, in vulgus notum & quotidiani usus, ex Statione hac aliave præscribere in posterum queam? Paucis ante hunc annis Corticis Peruviani pulverem aliquoties ad uncias duas tresve, pro tentaminibus diversis, in certi affectus mede- la instituendis, ex Pharmacopolio certo postulabam, semper parata pecunia pretium solvendo: cum repeterem aliquando
idem

idem hujusque eandem quantitatem, aliquot grossis idem illius pretium inopinato augebat Patronus. Quæstus de hoc respondebat, Corticem olim venditum non adeo recentem & minoris virtutis extitisse, ac præsentem, proin hunc majoris fore æstimandum; ego autem concludebam, in una hac Statione cassum & genuinum, i. e. duplicis generis, proflare Corticem Chinæ Chinæ felicem fortunatumque credens, cui Fatum posteriorem concedet, miserum vero, qui viribus destitute potietur: aliter enim per temporis injuriam agere non poteram. Aliquot annorum est Fatale, quo fatale contingebat Auri fulminantis granum unum Domicellæ Generosioris Stirpis, & ætatis, ni fallor, undecim Septimanarum: cujus interanea fulmine Joviali eousque feriebat Planetæ hujus, alias benignissimi, Soboles, ut post Cholera bi-duanam animam tenellam exhalaret illa. Qvalem funestum hujus pulveris effectum ipsemet expertus testor, testantur pares in aliis infantibus alii hujus urbis Medici, deplorant familiæ. Aquam Fortem Apoplecticæ, item Cinamomi, aqvæ, per ignorantiam & socordiam inexpiabilem Seplastarii hujusve ministerii, aliquando fuisse surrogatam, plerique nostrorum meminerunt: Sicut pariter, pro Sale volatili oleoso Sylvii Spiritum Vitrioli, per inconsiderantiam ejusmodi hominis, exhibitum. Sirupum de Cichorio cum Rhabarbaro ex Statione quadam pharmaceuticâ, petebat Medicus nostratum, ut infantis sui tenelli alvum laxaret: missum ad postulatam hoc, medicamen dicam, an toxicum, quod drastica evacuatione misellum hunc brevi enecabat. Qvam infida frequentius deprehensa fuerit Antimonii Diaphoretici Officinarum Detonatio, non uno exemplo evinci posset: qvalem i. e. nullam, fidem Mercurio dulci quoque experimur toties, quoties in exiliore dosi hunc propinatum in Symptomata lethalia coniecisse recordamur, hinc bona fide judicare possumus, Draconem hunc minus dextre fuisse mitigatum. Limaturam Martis pro scopo absorbendi præscriptam, a Veneris concubitu haud rite liberatam, hinc ab ejus assumptio-

ne

ne nauſeam, cardialgias, tormina &c. concitata, teſtantur me-
cum plures; & Liqorem Terra Haſſiaca, blandum alias ape-
riens, bina unius Familia Subjecta in nauſeam & vomitus con-
ieciſſe, recorder. Poſtulatæ Conſervæ Acetofellæ ſtupidus
Myropolæ ſeruus Arſenicum par credebat, adeoque loco illius
hoc ſubmiſtrabat petenti ancillæ, certæ interneſionis inſtru-
mentum, niſi a circumſpectiore Hera erroris opportune fuiſſet
admonita. Foemina catarrho tenui ſeu acri, hincque Tuſſi ſic-
ca ferociore, laboranti, Pilulas de Cynogloſſa quondam præ-
ſcribebam: quales tamen loco ejus, quod quietam redderet
noctem, totam hanc vomitibus ac ſecesibus conturbabant. Per
parem negligentiam loco Scuti ſtomachici Veſicatorium po-
tens Epigaſtrio admovebat alia: cujus effectus diros ac moleſtiſ-
ſimos cum ægra perſentiebat Pharmacopœus inconsiderator;
Illa cutis eroſiones aliquot menſum ſuſtinens, Hic Medici ac
Chirurgi, qui graviter decumbenti opem tulerant, mercedem
ſolvens. Plura hujus generis Errorum ſpecimina, quæ ex Phar-
macopoliis in ægros crebrius emanant, recensere, ac reſenſito
rum/circumſtantias prolixius explicare, vereor, ne tædium iis
dem Lectori pariam: poſtquam pauca ſufficere mihi perſvadeo
ad cautiorem reddendum, qui iisdem medetur, Medicum, ne
ſuam Conſcientiam ac Famam una cum patientis anima peſ-
fundet, i. e. neutram harum incuriæ ac ſocordiæ Myropolæ
leviter exponat ac negligentia ipſi par evadat. Dum huic in
quolibet ægrotante metuendum, quod in quodam contigerat,
& unius alteriusve pharmaci ex officina publica deprompti,
pravitas, cæterorum pravitatem ſuſpicari facit, niſi levitati
perperam litare malit in negotio, cujus damnum irreparabi-
le. Hippocrates de dec. Ornat. tyronem medicum formans, huic
inter cætera Pharmacorum efficaciam indagacionem ac preparationem
commendat, ne ad agrum ſi introierit, animo incerto ſit; cum appo-
ſita habeat ſingula ad id, quod faciendum eſt: & ſane advertente
Thomſono epilogiſm. chym. §. 3. impoſſibile eſt, ut quis facultatis jatrice
munere liquido & religioſe perſungatur, ſi remediis inveniendis
& preparationem propriis manibus oſcitanter aggrediatur. Ignorantiam

ergo, Superbiam, Socordiam, imo fraudem dolusque sapi, Seplastia-
rio insulso, mere Mercenario, forsan improbo, vitam Paucis, maxi-
me estimandam committere, ad quam tutandam ac indemnem præ-
standam singulos quosque sensus suos accurate debet exercere fidus Auxili-
ator, Adde potius antecedaneis, Artis vim potiorum sine
dubio in remedium efficaciorum certitudine ac exploratione
consistere, ut olim prima sua stamina, ac demum ad nostram us-
que ætatem incrementa singularia ab hac illa ceperit, & ex em-
pirico ac tentativo multorum remedium pharmaceuticorum
usu atque notitia, cui soli quondam Medici vacabant, seu ab
eorum frequentius reiterata, in casibus variis administratione,
hujus variis effectibus, & hinc natis atque collectis observati-
onibus, illa ad formam præsentem accesserit. Hinc quemad-
modum quotidie adhuc per cognitionem seu inventionem, præ-
parationem atque circumspectam illorum applicationem, illam
crescere deprehendimus, atque hoc quidem non raro absque
cæterarum suarum partium adminiculis: sic ad eandem phar-
macorum exactiorem ac crebriorem disquisitionem quilibet
medentium, cui religio atque eximatio cordi est, tenetur. Quo
nimirum solidiorem illorum eorumque virtutum peritiam sibi
acquirat, sicque intentioni suæ curativæ promptius satisfaciatur,
neque ab aliis horumque experimentis fallacibus decipiatur.
Non morbi latentis cognitio, non hujus eventus prædictio, sed
medela seu medicamenti adæquati propinatio, opinionem ac
confidentiam Medico penes ægrotum parat: Quale quid fieri
nequit, quin hic ipse met oculos, linguam, nares, manus, ignem
aliaque instrumenta adæquata Materiæ Medicæ admoveat, hu-
jus dotes attente exploret, defectus emendet, species ejus seli-
gat, has in partes dividat, easdemque sibi ac aliis combinet, seu
per Pharmaciâ hujusque encheireses in penitiora ejus inqui-
rat: hincque demum inferat, quid ab hoc vel illo remedio ex-
pectandum ægris, & sub schemate observato, illud his propinet,
proin medicamenta, ipse met parat ac dispensat. Quo etiam hac
industria Confidentiam ac famam integram tueatur, sicque me-
dendo ægris medendi Artem ampliet, firmet, hujusque errores

castiget. i. e. huic pariter, ac illis medelam generosorem præ-
stet. Ac profectio mirari decet paradoxa, ni heteroclitica, illo-
rum capita, quæ perinde, ac olim Parisiensium multi Fernelium
increpabant, quod domestica remedia, quæ periclitantibus amicis
exhibebat, in Officinas publicas abire non pateretur, sed domi vel
ipse compararet, vel amicorum tantum fidei concederet: quod
tamen ante hunc nemini Medicorum Lutetiensium obtigis-
se, *Plantius in vita* ejus perhibet, illis Nostratum vitio vertunt,
qui idem cum Viris illo, magnæ inter Medicos autoritatis, agunt,
Arti, Ægris, Conscientiæ ac Famæ enixe consulunt.

Hujus generis Medicum, cui Religio & Salus ægri atque
Artis cordi futura, nobis promittimus, quem nunc in publicum
produco,

Nobilissimum nempe atque Clarissimum Virum Juvenem,

DN. M. SIGISMUNDUM SCHMIDERUM,
Lauenhanensem, Medicinæ Baccalaureum,

Qui postquam Artis Saluberrimæ dogmata sub Nostrorum pari-
ter ac Celeberrimæ Salanæ Doctorum Institutione non minus
feliciter, ac sedulo, hauserat, Studiorum suorum Specimina
luculentiora diversa exhibuit, ac præmium horum honestum
Licentiæ Gradum, a Nostro Ordine modestissime nuper petiit.
Ante biennium, post exantlatum Tentamen theoreticum ille
primam Lauream a Nobis reportarat, unde peractis Prælectioni-
bus publicis, quas pro Licentiâ ajunt, practico seu rigoroso
quoque examini proximo mense Maji se subiciebat. In quo pa-
riter cum secundum tenorem Nostrorum Statutorum & ad Ex-
pectationem nostram, i. e. eruditum, sese gesserit, quem deside-
ravit, *Gradum Licentiaturæ*, ipsi ex merito conferre decrevimus.
Panegyri huic destinavimus crastinas antemeridianas horas,
postquam nimirum Candidatus Noster Dissertatione Præerudi-
ta, de *Superstitiosa Morborum Curatione, Christiano atque Dogmatico*
Medico indigna, hujusque defensione Auditorio sua comproba-
verit ac commendaverit studia. Demandatum fuit, eum in
finem & pro expediendis ejusmodi solennitatibus consvetis,
Pro-

Pro-Cancellariatus munus a *Celsissimo ac Potentissimo Prin-*
cipe ac DOMINO, DOMINO FRIDERI-
CO AUGUSTO, Rege Poloniarum,
Magno Duce Lithuania, Russia, Borussia &c. &c. Duce
Saxonia, Julia, Clivia, Montium, Angria & Westphalia,
Sacri Romani Imperii Archi-Mareschallo & Electore &c.
&c. Domino meo longe Clementissimo, Nomine Reveren-
dissimi ac Serenissimi Principis ac DOMINI, DOMINI,
MAURITII WILHELMI, Ducis Saxonia,
Julia, Clivia, Montium, Angria & Westphalia &c. Pa-
stulati Administratoris Episcopatus Martisburgensis & Aca-
demia hujus Cancellarii Perpetui, Domini mei Clementissi-
mi, mihi Clementissime: Qvi hoc nomine Vos, Recto-
rem Academiae Magnificum, Utriusque Reipublicae Mode-
ratores Gravissimos, nostrosque Cives Honoratissimos &
Amantissimos, ut frequentiam Vestram Panegyri huic be-
nevole commodetis, sicque conatibus & honoribus Domini
Licentiandi applaudatis, obnixae atque officiosissime rogo.
Quavis occasione pro hoc Favoris specimine Facultatis Gra-
tiosissimae affectum prouum, meam observantiam &
inserviendi alacritatem, ac Domini Candidati obsequium
omnibus atque singulis Vestrum prolixae & sancte pol-
liceor. P. P. Lipsiae d. IV. Septembr.
M.DCCX.

L I P S I A E,
L i c e r i s B R A N D E N B U R G E R I A N I S.


ULB Halle 3
003 913 04X



Slo







17/10, 2 10
3 1

LECTORI BENEVOLO
PANEGYRIN FACULTATIS
MEDICÆ

IN
ACADEMIA LIPSIENSI
INDICAT

Hujus p. t.

PROCANCEL-
LARIUS
D. IOHANNES BOHN,
PROF. PUBL.

INQVE
PRÆSENTI PROGRAMM. INAUGURALI DISOVIRIT:
An Medici sub Conscientiæ & Existimati-
onis suæ integritate a Pharmacorum Confectione
& exhibitione abstinere queant?

i. e.

Ob die Medici ohne Verlesung ihres Gewissens und
Ehre sich der Preparation und Dispensation der Medicamento-
rum enthalten/ oder selbe unterlassen können?